

ris una siccitate diram illam luem inuehi, atq; ad arma fu-  
 riali rabie capeffenda populos concitari. Quin contra  
 potius usu uenit. Nam Philosophi & Medici docēt ab-  
 sumi his ardoribus corruptos uenenatosq; fumos, atq;  
 aerem ab illa labe, & inquinamentis quibusdam, quæ  
 illi *μιάσματα σπυροδονώδη* uocant, expurgari. Quam ad  
 rem uenti quoque magnam uim afferunt, aerem flatu  
 suo commouentes, & si quæ forte coaluerūt putria cor-  
 puscula, disijciantes. Ex quo sane efficitur contra, quàm  
 uates isti uolunt, cometen, si præsertim integre deflagra-  
 rit, pestilentiaë causam tollere, cuius in putredine sita est,  
 ut multi censent, uis omnis. Nulla autem magis, quàm  
 sicca aeris constitutio, putredini aduersatur. Et obserua-  
 tum sæpe fuit, quibus annis Cometæ fulserunt, eos ma-  
 xime salubres fuisse. Thomas Erastus, magni uir inge-  
 nij, & doctrinaë præstantis duos annos 1556 & 1558. qui-  
 bus Cometæ arserunt, apprime salubres fuisse memo-  
 rat, in breui quidem illo, sed docto minusq; quàm ple-  
 ricq; maleferiati opinantur, profano de Cometis com-  
 mentariolo. Cuius ego uiri sententiã ita probo, ut nul-  
 la fere in parte ab ea discedendum mihi existimem. Sed  
 ut eo, unde digressus sum, redeam, Hippocr. Medicinæ  
 parens, siccas aeris constitutiones salubriores, minusq;  
 lethiferas esse scribit. Constat enim putredinis fomitem  
 ac fontem esse aduersariam siccitati humiditatē. Quid?  
 an illud non puerile ac planè ridiculum uidetur? Eò ad  
 bella, inquiunt, concitantur animi, quòd aer æstuosus in  
 corpus se nostrum sensim ingerit, insinuatq;, artusq; o-  
 mnes perreptat, sicq; martiales quasi faces quasdam in  
 ipsa cordis penetralia infert. hinc spiritus inflãmati mox  
 æstuant, & sanguinem humanum sitiunt scilicet: hinc fu-  
 rore correpti mortales passim cædes spirant: hinc furia-  
 lis illa bellandi libido exardescit: hinc studiũ illud tã ue-  
 hemens, Aere ciere uiros Martemq; accendere cantu.  
 O delirationem incredibilem, o ridiculam & futilem ra-  
 tionem; longe alia est bellorum causa. Inspice consilia,  
 &